



## DIOCLIS CARYSTII

Medici ab Hippocrate fama & aetate secundi, aurea ad Antigonum Asia Regem Epistola, de morborum praesagiis, & eorundem extemporaneis auxiliis, e Graco Latinus redita, per Antonium Mizaldum.

## DIOCLES ANTIGONO

*Regis salutem.*

Antigond  
Rega erat.  
dato non  
vulgari.

*Similitudo  
fere quam  
appofit.*

**Q**VONIAM summa tibi inter omnes Reges, **ANTIGONE**, comparata est eruditio, & iam senilis procedit aetas, vnuersaque philosophiz ac mathematitarum nos vulgatis tribuitur cognitio, quibus singulis clarissimus habetis, & palmarum aliis longe praripiis: Ego regiam quoque & familiariter tibi esse debere existimans, eam philosophiae partem qua ad tuendam sanitatem pertinet, idcirco tua Maiestati hac nostra Epistola paucis complecti volui, vnde nam infirmitates hominibus contingant: & quibus indies praecedentibus augurentur, quibusque praesidiis opportune eis prospiciatur. Quemadmodum enim signa quedam minime obscura, cœli tempore statim fere semper præueniunt, quibus naturæ, & alii rerum natura periti, quid facieadum sive tutiores enadant, facile colligunt: sic nullus præter naturam affectus homines corripit, nisi certis

sertis p̄currentibus signis ille indicatus fuo-  
rit. Tu itaque nostris ea de re p̄ceptiunculis  
admonitus, illas obuili vlnis excipere & ad vni-  
guem obseruare minime dēdignaberis.

Distribuimus humanum cōrpus in partes quā corporis par-  
tuor. Caput, Thoracem, Ventrem & Vescam. sae grauitatē

## C A P V T.

**C**VM itaque morbus quispiam capat p̄t̄,  
Chensurus est, certa p̄fragia & signa illumina-  
magna ex parte solent prædicere. Cuiusmodi p̄fragia  
funt capitis ad supercilia usque grauitas, aurium flentum  
murmurans sonitus, & temporum pulsatio. Ma-  
ne lachrymantur oculi & caligant: hebetatur caput,  
odoratus, ac gingine intumescunt. Itaque dum  
eiusmodi p̄fragiorum & signorum quippiam Remedia  
animaduerteris, caput confessum repugnandum morborum  
esse iudicato, nullis, inquam, pharmacorū p̄t̄: capitū,  
fidis, verum, sumptis hysopi, vel organi sum-  
mitatibus tritis, & in olla ebullitis eum passo  
vel iuriis semisextario, quibus os ieiunum col-  
lues: & quo ad pituita educatur gargarizabilis. *Senni sextas*  
Hoc sane morborum capitum facilimum est re-*rius uncis*  
medium. Saluberrimum quoque fuerit decoctum.  
Rosinapi, in aqua mulsa & calente præmixera-  
ti, ieiunum os itidem colluere, & gargariza-  
do humorem è capite deducere. Opponet autem *Cattelle* ne  
caput ipsam antea perblande fricare, & tégula tatu digna-  
mento quopiam calfacere: ut liquefacta pituita  
sublato obstaculo, melius duere possit. Quisque Acciden-  
tia p̄laus signa & posita remedia rego exercit, sē ex neglegētiis  
morbis illis opportunitum fōtē certo sciati nem-*remedinis* tē-

pe ophthalmiq; glaucomati, auriam dolori, stru-  
mis in ceruice, tabi cerebri & σφακελομηνος, eo-  
ricta raucedini, angina nocturna, lapsi vulnorum,  
capillorum destruio, venticulis capitis & dentium  
cruciatus.

## T H O R A X.

*Signa mors  
borum tho-  
racis impon-  
dientium.*

*Remedia  
morborum  
thoraci.*

*Vomitorium  
paratus facili-  
limum.*

*Incommoda  
ex neglegitu  
præsidiorum  
rati.*

**Q**uando vero mali quidpiam thorax passurus  
est, his præfigitur & præsignificatur notis.  
Sudor quidam per corpus undique diffusus: sed  
omnium maxime ad thoracis regionem. Lingua  
crassescit & salsa, amara, auro biloſa expuuntur:  
spontanei dolores in lateribus & scapulis citra  
manifestam causam oboriuntur: oblicitationes  
crebrae sunt, vigiliæ fatigant, vrgent suffocatio-  
nes, sitis adeſt, & ex somno labor & animi an-  
xietas, infestant pectoris angustiae, & brachiorum  
laſſitudo, ac manuum tremula affectio. Quibus  
rec male, nec imprudenter ad hunc succurririt  
modum, Imprimis vomitus haudquam erup-  
ulosus à coena, quoad eius fieri potest, protri-  
tandus est ac mouendus: sed abiq; medicamen-  
to. Proſunt etiam vomitus ante pastum matutis-  
ni, & ieuniū, à grecis ουρητιοι, nuncupati. Qui-  
bus igitur hæc pæcto vomere placuerit, radicu-  
las tenues, seu raphanos, nasturtium, erucam,  
sinapi, aut portulacam deuorēt, deinde aqua re-  
pida affatim hausta vomant. Qui dieta prætagia  
& præſidia negligendo prætermisserint, hos me-  
ritant affectus, pleuritidem, peripneumoniam,  
melancholiā, febres acutas, phrenetidem, ves-  
ternum, & cum singultu fauicum ardorem  
& phlegmonem.

V E N.

## VENTER.

**S**i quis autem moribus ventrem invasurus est, *Indicia* suo  
his detegitur indiciis. Venter in primis con-  
turbatur, obimurmurat, & perturbatur: esculenta cum poculentis amarorem præ se ferunt: ge-  
nuum adeo grauitas, spine & lumborum rigor  
inflexilis, cum vniuersi corporis laetitudine, ci-  
tra manifestam causam. Vbi hæc signa obseruas,  
venter, nullo quidem medicamento, sed vietas  
ratione emolliendus ac lubricandus est. Nam &  
melius & longe tutius est iis uti, quibus non fa-  
cile potest delinqui. Ex horum classe & nume-  
ro sunt beta aqua multa incosta; allia elixa, mala  
uara, raimex, mercurialis, & omnia melle cōdita, *Remedias*  
cuncta enim hæc alui excrementa clementer ac *morborum*  
benigne deliciunt. *Quod si* præfigiorum quod. *ventre per*  
*piam magis atque magis intentatur, enī seu cationem,*  
*cartami liquorem omnibus decoctis infundes,*  
*nam is & suavior & tutior est. Utile etiam fue-*  
*rit lœuis brasica multa aqua elixata. Hucus eti-*  
*nim iusculum hemina dimidia seu vnciatum d. & facile*  
*quinkue mensura cum melie & sale haustum, soluentia.*  
*fumme iuuabit, perinde arque cicerum decos.*  
*& tum ieiuno stomacho eadem mensura potum,*  
*nam eundem habet effectum. Hæc signa & au-*  
*xilia paruipendentibus affectiones ista sapientur negligebi*  
*mero succedere solent, diarrhoea, dysenteria, ventrū cu-*  
*lenteria, volvulus, coxarius morbus seu ischias, ratione,*  
*tertiana febris, podagra, apoplexia, hæ-*  
*morrhoides, & articulatis*  
*cruciatus.*

## VESICA.

*Signa mor-  
borum vesicarum  
et propin-  
quantiam.*

*Auxilia af-  
f. & suum  
vesica.*

*Incommoda  
sequentia  
neglectam  
curationem  
vesica affe-  
cta.*

*Adverten-  
tia & notan-  
ta.*

**Q**uando autem vesicæ mali aliquid imminet, his indicis dignoscitur. Post exiguum cibum plenitudo infestare deprehenditur: oboriuntur flatus & inflationes, ructus & pallor vniuersi corporis. Somni adfunt graues, vrinæ tensiones aquosæ & ægeritatem stillantes, neenon circa pudenda bubones, vel œdemata. Vbi sece preferent eiusmodi signa & præstigia, auxiliis lotia impellentibus & promouentibus, opportune succurrendum erit. Id quod sine periculo praefabunt apii & foeniculi radices, in vino albo, tenui & odorato, macerata & decoctæ modo cayathi duo iusculti, seu vnicæ tres quotidie exhibentur: mane nimirum & vesperi, cum aqua daueri, smirnii, vel enulæ campanæ: quodcumque horum ad manum fuerit, nam æque singula profundit. Cicerum quoque præmaceratotum & coctorum aquam, si cum vino biberit ægrotans, idem prorsus consequetur. Qui vero scripta signa & auxilia imprudenter neglexerit, à sequentiibus morbis sibi metuat: nimirum ab hydrope, lienis tumore, hepatis dolore, lithiasi, nephritido, strangutia, colico cruciatu, & torminibus. Cæterum, in omnibus signis & malis, quæ hæc ens proposuimus, infantibus quidem & iunioribus, clementiora medicamenta, grandioribus vero, & natu maioribus, validiora ac efficaciora exhibere conueniet.

Cæterum, quoniam statim anni temporibus setti quidam morbi inguere solent, quæ in finibus

gulis alimēta tibi sumenda fugiendaue sint, paucis exequar, auspicatus à solsticio hyberno.

## SOLSTITIVM HYEMALE.

Solsticium itaque hyemale usque ad vernum *Hæc postea*  
*et quinoctium auger in hominibus destilla-* *ma ex I.*  
*tione huic idatessque: ac propterea calidioris* *Quinteris*  
*bus vii cibis parciore potu, sed meraciore,* *Andern. in-*  
*ex origano bibere oportet, nec non Veneri in-* *terpretatio-*  
*dulgere. Numerantur ad aquinoctium dies no-* *ne transcrip-*  
*naginta.* *pia sunt.*

## ÆQUINOCTIVM VERNVM.

Hoc tempore pituita in hominibus crescit, &  
 dulce serum sanguinis usque ad Vergiliarum  
 ortus: eoque tum maxime succosa acriaque af-  
 sumi debent, corpus exerceri & Venus. Sunt au-  
 tem ad usque Vergiliarum ortum dies *Corn. oder* *tissimum;*  
*& quas draginta.*

## VERGILIARVM EXORTVS.

Hoc tempore bilis amara agetur, amaramque  
 serum usque ad aestivum solstitium dulcia o-  
 mnia tunc que aliuum moueant conueniunt,  
 Venus quam parcissime exercenda. Hinc ad sol-  
 stitium aestivum dies quinque & quadraginta  
 existunt.

## SOLSTITIVM AESTIVVM.

Hoc anni tempus attram bilem adusque *A.*  
*quinoctium autumnale promouet: Qua-*  
*proptes*

propter aqua frigida atque odoratis omnibus  
vendum est, Venus perniciosa; aut innocentius  
saltum quæ de ea præscripsimus adhibeto. Porro  
sunt ad æquinoctium autunnale dies tres &  
nonaginta.

**A Q V I N O C T I V M A V-**  
tumnale.

**H**æc anni pars pituitæ copiam generat, tenu-  
Corn. odoreas  
diffusa.  
esque defluxiones, donec Vergiliae occidant.  
Conuenit igitur tunc humores ex capite elicere  
atque acetrima <sup>maximeq;</sup> succosa assumere,  
vomitum rarissime citare, exerceri atque concur-  
bitum vitare. Numerantur ad Vergiliarium occa-  
sum sex & quadraginta.

**V E R G I L I A R V M O C-**  
casus.

**H**oc tempore pituita ad usque Solsticium  
hyemale in hominibus redundat, quamob-  
rem acerbissima quæque, vinum suauissimum  
assumere oportet, pinguibusque vi & exercitari.  
Sunt autem ad Solsticium hyemalis,  
dies quinque & qua-  
draginta.

— 422 —



DE